

# NONNULLÆ IN VARIA JURIS CANONICI CAPITA SALMANTICENSES ELUCUBRATIONES. AUCTORE

DOCT. D. DOMINICO NICOLAO ESCOLANO;  
J. C. GADITANO.

In celeberrima Salmanticensi Academia, ejusdem Juris publico,  
Professore, & pro obtinendis in eadem Universitate Cathedris  
antiquiori Decertatore.

DICATÆ

Biblioteca  
Salmanticensis

Anno

Regalis Collegij  
Societatis Iesu

1722:



EXCELENTISSIMO DOMINO  
D. DIDACODE ASTORGA ET CESPEDES,  
ARCHIEPISCOPO TOLETANO, HISPANIARUM PRIMATI, &c.  
CUM PRIVILEGIO.

Salmantica: Ex Typographia Francisci Garcia Onorato  
& San Miguèl,



EXCELLENTISSIMO D.  
D. DIDACO  
DE ASTORGA ET CESPEDES:

PRIMUM MURGENSIS REGNI DIGNISSIMO  
fidei Quæsitori:

POST BARCINONENSI MERITISSIMO ANTISTITI:  
SUPREMI DEINDE FIDEI ORTHODOXÆ SENATUS  
PRÆSIDI , AC TANDEM  
ARCHIEPISCOPO TOLETANO  
HISPANIARUM PRIMATI.

DOCT. D. DOMINICUS NICOLAUS ESCOLANO,  
S. P. D.



Jamquam mihi semper , omnia , quæ in  
me ab optimarum artium studijs , ac dis-  
ciplina profecta sunt , vel ab ineunte  
ætate mille de titulis tibi debita est vi-  
sum (Excellent. Dñe) ; tamen hoc maximo  
tuæ dignitatis fastigio , quod semper so-  
lum clarioribus omni genere Heroibus patuit , ita me  
multa perturbant , ut quod diù jam à natura incitamen-  
tum acceperam , rationes à perfecta ætate susceptas  
prohibere videre mihi videar. Nam cum antea per viri-  
lem ætatem tantæ tuæ celsitudinis locum , vel ipsa su-  
blimitas descendere deterret , statueremque , nihil ti-  
bi nisi magnum , nisi perfectum , nisi omnibus nume-  
ris absolutum dicare oportere , omne meum studium ,  
à quo nullum confiteor ætatis meæ tempus abhoruisse ,



# SOLEMNIS TRACTATUS

D E

prohibita appellatione à sententijs Sedis  
Apostolicæ, seu Rom. Pontificis etiam  
ad futurum generale Concilium  
adversus Quesnelliānos.

P R O

expositione celebris textus  
in cap. *Cuncta per mundum* 17.  
*caus. 9. quest. 3.*

**D**aturus in lucem nonnullas ex pluribus elucubrationibus, quas in alma Salmanticensi Universitate, vel ex suggestu proposui, vel per otium elaborare licuit, initium sumere decrevi ab expositione textus *in cap. Cuncta per mundum* 17. *caus. 9. quest. 3.* ubi Gelasius Papa scribens ad Episcopos per Dardaniam constitutos statuit supremam Romanæ Sedis autoritatem, & jurisdictionem supra quodcuunque vel Generale Concilium. Licet enim litteris, tum

A

ad